



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Sacramentis In Genere Ac De Sacramentalibus Nec Non De Sacramentis Baptismi, Confirmationis, atque Extremæ Unctionis Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Index Argumentorum De Sacramentis In Genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94638)

INDEX ARGUMENTORUM DE SACRAMENTIS IN GENERE.

DECISIO I. *Argumentum.*

Referuntur variae significationes hujus vocis Sacramenti. Item diversae definitiones, ac divisiones. Sacramenta constare Materia, Forma, ac intentione demonstratur.

DECISIO II. *Argumentum.*

Agitur de nullitate, & invaliditate Sacramentorum, quae laicus fingens se Sacerdotem administravit. Quod & qualia peccata ipse commiserit? Et quibus poenis sit ipse plectendus? Quid agere debeant illi, qui ab eodem Sacramenta susceperunt?

DECISIO III. *Argumentum.*

Explicatur quid, & quotuplex sit Interdictum Ecclesiasticum? & quae Sacramenta, eo durante, possint ministrari?

DECISIO IV. *Argumentum.*

Inquiritur, an fuerint Sacramenta in Lege Naturae, & Moysae, & quae? Adam qua die, & hora sit creatus? ac quando lapsus sit in peccatum?

DECISIO V. *Argumentum.*

Demonstratur, An Parochi debeant esse assidui in administratione Sacramentorum? Quando peccent ob desidiam? Et an tempore Pestis debeant ea propriis manibus ministrare?

DECISIO VI. *Argumentum.*

Explicatur in hac Decisione, quae materia sit apta? quae inepta? & quae dubia in quocunque Sacramento? Et docetur, quomodo Materia, & Forma debeant simul coexistere?

DECISIO VII. *Argumentum.*

Dilatio quanta esse possit absolutionis in confessione? Nec non Unctionum intra se Extreme Unctionis Sacramento?

DECISIO VIII. *Argumentum.*

Breviter, sed clare docetur, variari posse formam Sacramentorum octo modis; & quae variatio oblit valori Sacramenti? Verba formae corde, seu mente tantum prolata, non faciunt Sacramentum.

DECISIO IX. *Argumentum.*

Refertur nullitas Baptismi puero moribundo dati ob defectum Verborum formae. Quem puerum Ecclesiastica sepultura non esse tradendum ostenditur.

DECISIO X. *Argumentum.*

An interrompere formam Sacramentorum, inferendo per medium ejus alia verba, vel anteponendo aliquod ex verbis ejusdem formae noceat validitati Sacramenti, declarat haec Decisio? Item an ly Et in forma Baptismi sit de ejus essentia.

DECISIO XI. *Argumentum.*

Agitur de necessaria intentione Ministri in conficiendo Sacramento; & explicatur quae, & qualis debeat esse dicta Intentio. Resolvuntur duo casus curiosi circa eandem Intentionem.

DECISIO XII. *Argumentum.*

Ostenditur quis sit Minister ordinarius Sacramentorum? Disseritur, An Angeli boni possint ministrare Sacramenta? nec non Anima Beatae, ac ipsa Beatissima Virgo Mater Dei? Exempla plurima de iisdem.

DECISIO XIII. *Argumentum.*

Resolvuntur duo casus circa validitatem Sacramenti ob errorem Ministri, unius in sensu verborum, alterius in recta prolatione eorundem.

DECISIO XIV. *Argumentum.*

Inquiritur, an suscipiens Sacramentum debeat esse alius a Ministro? Et quae intentio in suscipiente requiratur? Sacerdotes extra Missam, Diaconi, Laici, ac mulieres an possint sibi ministrare Eucharistiam?

DECISIO XV. *Argumentum.*

Edocet praesens Decisio, quando liceat petere Sacramenta a Ministris indignis; Et quando indignis petentibus ea possint a Sacerdote ministrari?

DECISIO XVI. *Argumentum.*

Duo praecipui casus resolvuntur, An liceat recipere Eucharistiam a Sacerdote Concubinario illam publice ministrante? Et an danda sit Concubinis se ad eam sumendam cum aliis ad Sacramentum praesentantibus?

DECISIO XVII. *Argumentum.*

Declarat haec Decisio quot sint effectus Sacramentorum? & docte explicat effectum primum cujusunque Sacramenti, scilicet Gratiam.

DECISIO XVIII. *Argumentum.*

Enucleantur duo casus famosi, de modo, & tempore, quibus recipiat gratiam, tum qui communicat cum mortali ignorato, tum qui adultus baptizatur non dolens de actualibus peccatis.

DECISIO XIX. *Argumentum.*

Character, qui est secundus effectus trium Sacramentorum, quid sit? & in qua Anima potentia imprimatur? in praesenti Decisione discutitur. Respectus debitus Characteri, ne quis peccet ministrando Sacramenta in mortali, vel ea suscipiendo cum venialibus. Ornatus Animae Tertius effectus Sacramentorum remissive explicatus.

DECISIO XX. *Argumentum.*

Sacramentalia Ecclesiae exponuntur quoad eorum numerum, & quoad effectum, qui praecipuus est in delendis culpis venialibus. Sed utrum eas deleat ex opere operato; vel ex opere operantis discutitur? cum aliis dubiis Sacramentalia concernentibus.